



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Prædictæ causæ existentes ante sponsalia, sed postea cognitæ. parag.
nono.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

tia vidit, vana esse, & statim, inito Matrimo-
nio, deferbuisse.

Quoad bona Fortunarum.

8. Si dorem promissam negas, vel negat il-
le, qui promisit, te ab altero deseriri posse, luce
clarior est, est enim datis promissio conditio,
sub qua sunt sponsalia; ergo ea deficiente, et
jam sine culpa promittentis, cessat promissio,
quamvis jurata.

9. Quid, si nulla promissa fuerit dos à
Sponsa divite, quæ deinde post sponsalia in
paupertatem notabilem incurrat?

Respondeo. Quidquid dicant plures apud
a Sanch. Sanch. a certum mihi est cum codem Sanc. &
dip. 59. n. cum Castropalao b, & Aversa c alios citanti-
bus, posse Sponsum licet recedere. Ratio est,
b Castrop. quia, tametsi non fuerit explicitè promissa
d. i. de dos, implicitè tamen fuit. Omnes enim sup-
ffons. pu. ponunt, fœminam transire in domum viii
28. n. 3. cum omnibus suis bonis. Addé, hanc esse mu-
c Aver. tationem admodum notabilem, quæ quem-
gu. 8. de cunque vel cordatissimum hominem, a con-
sp. sec. 14 trahendis sponsalitiis, atque adeò à Matri-
V. Quar- monia, prudenter, averteret.
to.

10. Tria communi huic doctrinæ addi vo-
lo. Primum; si timeatur rationabiliter, alterū
ex Sponsis force exhaeredandum, alter resiliet
d Pont. loc. licet, ut notat Pont. d. quia securus, se is immi-
ci. c. 17. n. teret in periculum sustinendæ paupertatis,
atque id ego meritò, propter paritatem ratio-
nis, extendo ad similem rationabilem metum
de furura paupertate fortè alteri ex aliis qui-
buscunque causis provenienda.

11. Secundum. Si rationabiliter timatur,
vel superveniat jam paupertas utriusque, uterq;
licet recedit à sponsalibus, quia tanto diffi-
cilius sustineri poterunt onera Matrimonii;
undè hic dari non potest compensatio pau-
pertatis unius cù paupertate alterius. Ita Bon-
nacina, sed Rebellius, & Pontius, neutri licet
c Aver. lo. putant: Aversa e autem prædictos citans, di-
ci. V. Quar flinguit, atque si propter paupertatem nolit
so circa si- quis subire onus Matrimonii, licet recedere,
nem. sed si velit contrahere Matrimonium cum æ-
què paupere, illicite recedere à priore. Profes-
tò commoda restrictio, sed illam non pos-
sum admirere, ut necellariam, quia superven-
iens paupertas videtur dare jus recedendi
absolutè, &c.

12. Tertium. Quid si alter ex Sponsis ex-

inopinato valde locuples fiat, poteritne justè
ab altero recedere, & Matrimonio meliori se
addicere?

13. Responderet Sanchez, quem sequitur
Castropal. f. citans Coninck, & Guttieres, f. Castr. m.
quibus adde Aversam, g. non posse; Probat c. nu. 3.
Prindò, à posteriori, quia sic, quoties dote g. Aver.
notabiliter majore Matrimonium inveniret lo. a.
alter ex Sponsis, alterum deserere posset,
tunc enim jam locuples censetur esse factus.
Secundò, à priore, quia, si Sponsa tua dete-
rior non est facta, iniquum est suo jure illam
privare, solum ob bonæ fortunæ mutatio-
nem in te factam.

14. Pædiatam sententiam sic impugnat
Gaspar h. Hurtadus. Hanc Sanchez, & Coninck h. G. Hen.
sententiam difficultem existimamus, quia dicta h. 2. de
mutatio est ita notabilis, ut ex se efficiat impletio- matr. d.
nem notabiliter gravem, Sponsa factò ditione, & 14. nu. 3.
à principio existens, etiam prudentem à sponsali-
bus traheret. Hæc Hurtadus, cuius argumen-
to Castropalus, i. qui pædiatam Sanchez i. Cestig.
sententiam amplectitur, respondere conatus, lo. c.
dicens: effici quidem impletionem sponsa-
lium notabiliter gravorem, duriore inque,
sed non per se, at solum per accidens, eo, quod
Sponius impeditur ab aliis ditionibus spon-
salibus, qua posse invenire, id, quod ait nihil
hil probat, propter argumentum modo a po-
steriore factum, quia scilicet, sic, quilibet
Sponsus posset semper Sponsam deserte,
quoties notabiliter ditius Matrimonium ei
offerretur.

15. Circa has sententias interponat judi-
cium me sapientior; quod si Leandrum h. le. k. Leand.
quite juvat, invenies apud ipsum, utramque tr. 9. de
sententiam esse probabilem.

matr. d. 2.

§. IX.

*Prædictæ causa existentes ante sponsalia.
sed postea cognite.*

1. **R**egula Universalis. Hæc pari modo
sponsalia, etiam jurata, infirmant, ac si
de nova advenirent. Ita Sanch. Pont. Bonac.
& alii innumeri apud Aversam. 1. Ratio est, 1. Aver.
quia pro eo, qui antea illas ignoraverat, vi- 8. de po-
dentur dictæ causæ tunc supervenire, quan- sec. 15. f.
do sciuntur.

2. Id autem intellige. Primò, de prædictis samem
causis, quæ sint qualitates, si enim fuissent de
substan-

Dicendum

substantia, seu de individuatione personæ; ut, si tu volens contrahere sponsalia cum Berita, cognoscas deinde illam non esse Bertam, sed Mariam, sponsalia non solum infirmari possunt, sed ab initio sunt invalida, scilicet invalidum estler Matrimonium.

3. Intellige Secundò, quando ignorantia ejusmodi causæ, seu defectus tibi dedit causam contrahendi; si enim expreſſe fuisse eo animo, ut etiam cum illo defectu contracturus fuisse sponsalia, nihil illis officier. *Castr. d.* ignorantia. Ita Castropol. *a* Quid si dubius *i. de pons.* nunc sis, an contracturus fuisse? *Répon-* *m. 9. n. 2* *Leand.* *b* etians Sanchez. Bonac. Navarr. *c. 1. d. matr.* si defectus de novo cognitus sit gravis, ut *9. 19.* *d. inveniatur, non esse Virgo, vel Dives ea,* quam talem putabas, posse præsumi, te non habuisse animum contrahendi, secus, si defectus sit levius, &c.

4. Intellige Tertiò, nisi post cognitionem, dicta sponsalia, quæ fuerant initio valida ratificaveris, qua ratificatio fieri potuit, vel expressis verbis, vel implicitè ipso facto, ut, si post dictam notitiam, sponsam, ut tuā, cogno- *Castr. l.* novisti. *e* Válida, dixi, si enim propter aliquam *f. n. 11. ci-* rationē fuerant initio invalida, ut, si fuisse- *tans Pons.* cum errore personæ, vel cum nullo consensu, *n. Laym.* non validantur per solam copulam, quia hæc *Sanc. a.* non est sufficiens signum veri consensus, po- *d. 6. 3.* loque- test enim fieri animo fornicatio, ut supra dī- *d. C. 1. b. 3.* cūm est, & tenet Hurtadus. *e*

5. Quid si sponsus ad sponsam cognoscen- *G. Hur.* dam accederet (sancte cum peccato) animo non *dem.* ratificandi? Respondeo, Sanchez fuit, adhuc *d. 16.* ipso facto ratificare, sed Hurtad. merito loco *Scand. l.* cit. censet, in foro conscientiae non ratificare, *d. 6. n. 3.* nec cedere Juri suo, & sic dissolvere posse sponsalia, nisi, alias, ratione damni allati, ad illa ratificanda teneretur.

5. Dicitum est autem (pro eo, qui antea igno- *g. Aver.* raverat) nam, si antea eas causas, seu defec- *g. ni-* tūs cognovisti, & tamen adhibuisti consen- *max. ciā.* sum, rata erunt sponsalia, Excipit Aversa, g. ni- *du. v. El.* si forte promissio valde fuerit imprudens, & indiscreta, qualis v. g. esset promissio juvenis *quidem.* nobilis, & divitis facta vilissimæ puellæ; tunc enim ex alio capite non teneretur quis, servare promissum: nempe ex eo, quod faceret rem illicitam, & indiscretam, ita Aversa. h Adverte, id dicit ex vi promissionis sponsalium, non ex vi damni illati; illud enim esse omnino re- *Aver.* *g. 9. de* *Hur. se.* *15. V. Pro* *altera.* fariendum, certum est.

6. Ex dicta regula num 1. allata sit, ut non solum, quando sponsam existimabas virginem, & post sponsalia recipivisti, esse deflora- tam, sed etiam, quando recipivisti esse viduam, quia certe regulariter violor existimatur ea, quæ virgo non est, ut, inquam, ut possis resiliere à sponsalibus. Non ita in sponsa respectu sponsi, qui forte inveniatur, non fuisse virgo: nam id vile non est sponsæ, nisi tamen inveniatur, valde deditus alienis mulieribus fuisse, sine solidâ, & continuata emendatione, vel inveniatur, habere filios, nam tunc cum molestum id sit notabiliter sponsæ, poterit à sponsalibus recedere.

7. An ipso facto in hoc casu ignorantiae defectuum, quoad qualitates (nam, si adfuerit deceptio ex parte alterius, vel metus, diximus supra i) irrita sint sponsalia, an irritanda? Re- *i. C. 2. §. 1.* spondet Castropol. & Hurtad. In merito di- *§. 2.* cunt, quando res est clara, esse irritanda per k Castr. l. voluntatem ejus, qui potest resilire, nec ne- *c. 10.* cessariam esse Judicis sententiam. *1 G. Hurt.*

8. Quid si res sit dubia? Respondeo, Tunc, *l.c. diff. 16.* vel etiam, quando recessio à sponsalibus af- *n. 54.* ferret scandalum, recurrendum est ad Judi- *cem, monenum omnes, Legatur Castropol. m. m. Castr. p.* qui alios citans, docet, qualis nam probatio *31. §. 32.* sufficiat in foro externo, ad ejusmodi rescis- *tionem; cui addit G. n. Hurtadum.* *n G. Hurt.*

9. Donec autem is, qui ignoravit, non resi- *lo. c. diff.* lit, manent valida sponsalia. Id, quod inde *19. §. 34.* constat; quia secus, cum in casibus, de quibus *diff. 7. 1.* loquimur, ignorantia adfuisse ipso initio, tunc etiam fuisse invalida, quod tamen non potest sustineri, nam ipso initio fuerunt legiti- *ma, cum fuerint rite promissa, & ignoran-* *cia, ut nunc supponimus non fuerit circa sub-* *stantiam personæ, sed solum circa qualitates;* undè ex illis sponsalibus ortum est impedimentum publicæ honestatis ex Sanchez. o

10. Denique; Si quæras Primò, an qui justè *l. matr. d.* à sponsalibus resilire, quando scilicet resilit si- *ne 68.* ne illa culpa, ut esset v. g. ad ingrediendum in Religionem, teneatur restituere ea, quæ forte alter expendit in parandis Nuptiis? Respondeo, esse probabile, obligari, sed esse probabi- *lius, non obligari. Lege Castropol. p. Si quæras p. Castr.* Secundò, quando omnibus consideraris, du- *lo. cit. p. 33.* biuum est, fintne valida, an invalida sponsalia, quid sentiendum? Respondeo, me de hoc q. Sup. c. I. dixisse superius. q *§. 4. n. 9.* *§. 10.*

§. X. An